



**Theses Theologicæ De Gratia, Libero Arbitrio,
Prædestinatione, &c. In Qvibvs Doctrina Theologorvm
Societatis Jesu contra Corn. Jansenii [Iansenii]
Augustinum Defenditvr**

Derkennis, Ignatius

Antwerpiae, 1641

Art. X. An gratia nobis cooperetur, & nos gratiæ. An aliquid nostrum sit in
bono opere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73715](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73715)

CAP. II. ART. X. DE COOPERATIONE GRATIAE. 49

THOMAS STAPLETONVS *Antidoto in Ioan. cap. i.* Volendi efficacia, volendi libertatem non tollit, sed statuit; nō impellit, sed adiuuat. *Idem Antidoto in Acta c. 2. ad illa verba:* Definito consilio & praescientia Dei, docet per diuinam prouidentiam, humanais actionibus non imponi necessitatem.

JOANNES MALDERVS Episcopus Antwerp. in *Acta synodica cap. 8. n. 3.* Omnino dicendum est, post Dei operationes in hominis potestate manere regenerari, vel non regenerari; conuerti, vel non conuerti; & gratia efficaci non tolli libertatem nostræ voluntatis in consensu, ad quem nos excitat. *Vide eundem 1.2. q. 111. art. 3. dub. 13.*

JOANNES WIGGERS 1.2. q. 111. art. 3. nu. 24. Agnoscenda huicmodi diuinae gratiae auxilia, quibus Deus homines præuenit & incitat; atque adeo sufficietes vires praebet, sive ad malum vitandum, sive ad bonum operandum; quæ ab hominibus tamen negliguntur, nec consequuntur effectum.

ARTICVLVS X.

Angratia nobis cooperetur, & nos gratiae: adeoque alii
quid nostrum sit in bono opere, ex eaque aliquid
laudis in nos redundet?

IANSENIVS.

I. Pelagiana phrasēs sunt, gratiam prouocare, allicere, cooperari voluntati. Tom. 1. lib. 5. c. 11. col. 269.

II. Laudem boni operis, bonaq. voluntatis partiri cum Deo, impium esse, ex eo patet, quod post lapsum hominis, torlaus bonae voluntatis, atque operis in solam gratiam referendasit. Tom. 3. lib. 2. c. 23. col. 193.

Consonant hæretici CALVINVS 2. *Instit. l. 3. §. 6. 11. & 12.* in *Antidoto Trident. sess. 6. cap. 6.* CALVINVS *Antid. Trid. sess. 6. sub initium. Idem ibid. §. Sexto capite. & in can. 4 eiusdem sessionis.* *Idem lib. 3. *Instit. cap. 2. 4. §. 1. & 3. & lib. 2. cap. 3. §. 6. & 11.* LUTHERVS Tom. 1. in *resolutione propositionum Lipsiensium conclus. 2.* CHEMNITIVS in *exam. Trid. sess. 6. in can. 2. 3. 4. &c.**

THEOLOGI SOCIET.

I. Non Pelagiana, sed Apostolica phrasis est: Dei gratiam nobiscum, & nos gratiae Dei cooperari. Cùm *Euangelium ac Trid. Tridentinum a Matth. Deo, Deique gratiae inuitandi, vocatione 22. 3. b Trid. sess. 6. can. 4.* mirum est quid in prouocandi, alliciendique nominibus, apud Theologos visitatis, Iansenius superstitionis scrutator Pelagianismi inueniat.

II. Vt Catholicorum nemo sic opus bonum partitur cum Deo, vt partem eius vnam sibi, alteram Deo tribuat: ita non nisi contra sacrae Scripturar & Conciliorum auctoritatem negari potest, quin ex eodem bono opere, quod diuinæ gratiae, vt principali cause, cooperando facit iustus, & laudem & meritum habeat, & mercedem, coronamque expetare debeat.

S C R I P T V R A E

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

SAR. 9. v. 10. Mitte eam de sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, & mecum laboreat. ICORINTH. 15. v. 10. Abundantius omnibus laboraui, non ego; sed gratia Dei mecum.

Quid est gratiam mecum laborare, quam cooperari?

G

R OM.

R O M . 2 . v . 6 . Reddet vnicuique secundum opera eius : iis quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam, honorem, & incorruptionem querunt, vitam æternam.

I C O R I N T . 4 . v . 5 . Tunc laus erit vnicuique à Deo.

II T I M O T . 4 . v . 7 . Reposita est mihi corona iustitiae.

E Z E C H . 1 8 . v . 3 1 . Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.

Sicut eo quid Deus operetur in nobis velle, recte Deo boni operis laus adscribentur; a quæ ex eo quid hinc Deus adiuuante faciat filii cor nouum, aliquid in eum laudie deriuari necesse est.

I C O R . 3 . v . 8 8 . Vnusquisque autem propriam mercedem accipiter secundum suum laborem: Dei enim sumus adiutores. græcè οὐρεψαι, Cooperatores.

C O N C I L I A

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

T R I D . *seff. 6. cap. 7.* Iustitiam in nobis recipientes &c. secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem.

I B I D E M *Can. 4.* Si quis dixerit liberum arbitrium nihil cooperari, assentiendo Deo existanti, anathema sit.

I B I D E M *Can. 32.* Opera bona sunt ita Dei dona, ut etiam bona sint iustificati merita.

A R A V S I C . *Can. 9.* Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur.

S E N O N E N S E in *Prefat.* Non ego, sed gratia Dei mecum: unde recte conficitur ipsum diuinæ gratiæ etiam ut reliquos, cooperatum fuisset.

SS. P A T R E S

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

Gratia nobis cooperatur.

C H R Y S . in *epist. ad Timot. Hom. 2.* Qui enim nos cum perdi inimicique essemus, salutem per gratiam fecit, multò magis cum operantes viderit, cooperator accedit.

A V G . de *grat.* & *lib. Arbit. c. 17.* Cooperando (*Deus in nobis*) perficit, quod operando incipit; quia ipse ut velimus operatur incipiens, qui voluntibus cooperatur perficiens.

F U L G E N T I V S de *Incarnatione & gratia cap. 30.* Voluntas gratiæ secum operanti servitum obedientiæ cooperatricis exhibet.

PROSPER *lib. 2. de vocatione gentium cap. 12.* Ut quod non potest, nisi cooperante spiritu Dei fieri, eorum meritis depuretur: quorum id potuit voluntate non fieri.

B E D A *lib. variar. Quæst. Quæst. 13.* Quod si voluerimus, ad laborem in omnibus, que bene agemus, nobis cooperabitur.

G R E G O R I V S *16. Moral. c. 10.* Superna pietas sub sequente nostro libero arbitrio, bonum quod appetimus, agit nobiscum.

I D E M *lib. 33. Mor. c. 20.* Bonum quod agimus, & Dei est, & nostrum: Dei per præuenientem gratiam, nostrum per consequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in æternum agimus? rursus, si nostrum non est, unde nobis retribui præmissemus? quia ergo non immitterò gratias agimus, scimus quod eius munere præuenimus: & rursus, quia non immitterò retributionem querimus, scimus quod sub sequente libero arbitrio bona elegimus, que ageremus.

B E R N A R D . *de grat. & lib. arbit. circa finem.* Si gratia cum libero arbitrio cooperatur, ut tamen illud in primo (*in excitatione*) præueniat, in cæteris comitetur; ad hoc utique præueniens, ut iam sibi deinceps cooperetur.

I B I D E M . Non autem ego, ait, sed gratia Dei mecum: potuit dicere per me, sed quia minus erat, maluit dicere mecum: præsumens se non solum operis esse ministrum per effectum, sed etiam operantis quodammodo socium per consensum.

• **I B I D E M .** Si igitur Deus tria haec, hoc est bonum cogitare, velle, perficere operatur in nobis; primum profecto sine nobis; secundum nobiscum; tertium per nos facit.

A V G U S T . *de verbis Apst. serm. 13.* Non adiutor est ille Deus, si nihil agit: non cooperator est, si nihil operamini.

I B I D E M . Si non es es operator, ille non es cooperator.

DD. SCH. O.

D D. S C H O L A S T I C I

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS 1.2. q.111. a.2.c. In illo effectu, in quo mens nostra & mouet & mouetur, opera ratio non solum attribuitur Deo, sed etiam animæ: & secundum hoc dicitur gratia cooperans.

MAGISTER. 2. dist. 27. Illa gratia præueniens, quæ & virtus est, & non vius liberi arbitrij est, sed ex ea portius est bonus vius liberi arbitrij, quæ nobis est à Deo, non à nobis: vius vero bonus arbitrij & ex Deo est, & ex nobis; & ideo bonum meritum est: ibi enim solus Deus operatur, hic Deus & homo.

D. BONAVENTURA in 2. dist. 26. Quæst. 6. Art. 1. Gratia operans liberum arbitrium præuenit, & mouet; quia Deus illam infundendo, voluntatem hominis sanat, & præparat: Gratia vero cooperans, sive subsequens liberum arbitrium dicitur mouere; quia voluntas tali dono gratia informata mouet seipsum.

In simili sensu conspirant ALBERTVS MAGNVS 2.p. q.18. & q. 101. Membr. 1. Alexander 3.p. q.69. Membr. 3. Art. 3. & 4. Durandus in 2. dist. 26. q.3. Dionys. Carth. in 2. dist. 66. q.4. & 5. Conradus 1.2. q.109. Art. 6. & 7. & q.111. Art. 2. Marthilius in 2. q.18. Art. 1. Conclus. 4. & 5. Waldensis de Sacram. cap. 10. n.5. Richardus in 2. dist. 26. q.3. Dionys. Cisterc. in 2. dist. 27. q. vniq. à art. 2. Concl. 3. Capreolus in 2. dist. 28. q. vniq. à art. 3. prope medium, cum Gregorio Arimin. §. ad i.2. Deza in eadem dist. & q.4. art. 4. ad 12. Vega in Trident. lib. 6. cap. 3. Soto i. de nat. & grat. cap. 16.

Iudicet Leitor quæ fides Iansenio habenda sit, Pelagiana dogmata pro arbitrio cedenti potius, quam recensenti: dum ipissimos Scriptura, Conciliorum, Patrum, ac Catholicorum Doctorum loquendi modos Pelagianos nuncupat.

A C A D E M I A L O V A N I E N S I S

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. RIEDO de captiuo & redempt. generis humani. tract. 6. c. 2. fol. 153. Principia vocationis & inspirationis, instinctus, cogitationes, & virtutes quibus incipimus, velle & credere, Deus operatur in nobis, non cooperantibus nobis. Dum autem volumus, & credimus, & ita volumus ut operemur, nobiscum operatur Deus.

RWARDVS art. 7. c. 299. Ut ergo velimus sine nobis operatur: cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur.

IOAN. MALDERVS Episcopus Antuerp. 1.2. q.111. art. 2. Gratia Dei voluntatis nostræ aliquo modo cooperatrix est.

S S. P A T R E S

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

Nos cooperamur gratiæ.

CLEMENS ALEX. 7. Strom. at. prope medium. Deus præbet æternam salutem iis, qui opem illi ferunt, & cum eo cooperantur ad bona actiones.

ANDREAS CÆSAR. serm. 7. cap. 17. Spiritus signaculum, quod homini contra tentationes datur, catenùs vim ostentat, quatenus ipsi collaboramus. Qui igitur auxilio illo destituantur, vna cum ipso manum operi admouere non volunt.

PHILO CARPAT. in Cant. cap. 6. v.3. Trahamur oportet, præueniamur à gratia, eaque semper adiuuemur: id ipsum fatemur vtique; sed collaboremus necesse est.

PROSPER. Ep. ad Demetriadem pauli post medium. Cooperatores nos esse oporter gratiæ Dei, villam excitantem, inuantem, locupletantem, &c. vigilanter, & sobrie subsequamur.

BERNAR. l. de grat. & lib. arbit. circa finem. Ad hoc vtique præueniens, ut iam sibi deinceps cooperemur: ita tamen quod à sola gratia cooptum est, pariter ab vtroque perficiatur.

Ex his omnibus rius suis discimus, gratiam nobis cooperari: nam cum due causa simultaneo concursu eundem effectum operantur, cui usquam dubium esse potuit, propriæ & ab omnibus usitatâ phrasib, eau inuicem cooperari; præserim si una dicatur alteri cooperari, quidam & illa vicissim?

Aliquid nostrum est in bono opere, ex eo quae laudis aliquid in nos redundat.

HILAR. in Matth. 7. v. 28. De nostro igitur est beata illa aeternitas promerenda, praestandum, que est aliquid de proprio, ut bonum velimus, malum omne vitemus.

GREGOR. NAZIAN. orat. 21. paulo post initium. Quod etiam ipsum singularis, & eximis Dei bonitatis argumentum est, ut nostra quoque aliqua ex parte sit virtus, nec natura tantum nobis inserviat, sed voluntate etiam animique proposito excolaratur, arbitriique libertate patem in utramque partem motum habente.

AVGVST. lib. 1. ad Simpl. q. 2. Ut velimus & suum voluit esse, & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo.

IDEM. I. Retract. cap. 23. Vtrumque (credere & operari) nostrum est propter arbitrium voluntatis & utrumque tamen datum, per spiritu fidei & charitatis & eadem regulâ & virumque ipsius est; quia ipse preparat voluntatem, & utrumque nostrum; quia non fit nisi voluntibus nobis.

PROSPER. lib. 2. de vocat. Gent. cap. 8. Datur (gratia) ante ullum laborem, unde quisque mercedem accipiat secundum suum laborem.

ISIDOR. 2. seu. cap. 5. Sciendum quod & nostra sit iustitia in his, quae recte agimus.

PAVLIN. Epist. 2. ad Seuer. Quæ igitur nobis gratia, si in alieno tantum fideles fuerimus, nisi de proprio seruamus, id est de libero voluntatis arbitrio.

BEDA. Lib. variar. Quest. q. 13. Deus bona sua promittit, ut tamen labore nostro acquirantur.

BERNARD. de interiori domo. Nostra potestatis, & ignavia est ut labamur, sollicitudinis vero nostra, & cœlestis pariter adiutorij ne labamur.

Si nostra virtus est, & iustitia, si nostra bona merita, si de proprio seruamus, si nostri laboris, ac sollicitudinis gratia cooperari, merito contra Calvinum seniore hæc tenus Catholicæ Doctores, primi partes tribuentur. De adiutorio, aliquid etiam laudù ex bono opere in nos redundare, neque hoc impietati est, ut cum Calvinus imaginatur Lanzanus, sed religio & gratitudinis.

ARTICVLVS XI.

De libertate.

I. An libertas requirat indifferentiam libertatis in utramque partem.

II. An sola coactio, aut violentia repugnet libertati.

III. Quis status libertatis in Beatis, damnatis, ac homine viatore.

IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

a Tom. 3.
lib. 6. cap. 6.
col. 634. I. a **O**Mnis omnino voluntas, quantumcumque ad unum determinata, nullâ tali necessitate, quâ dicitur necessitate esse, ut velit, definit esse libera. b Voluntas enim seu volitio, & libera volitio idem sunt, sicut velle, & liberè velle, & impossibile est, ut velle non sit liberum. c Quare disputatio Augustini contra Ciceronem suscepta, qui liberorum praescientiam Deo denegabat, frivola, & inanis est, si voluntas esse possit, qua non sit libera.

d II. Re- hæreticis, & quam agnouer gentiles, contra quos efficaciter probat Augustinus dari præscientiam actuum futurorum; qui etsi præuisi, liberi maneant, ed quid eo modo omnia præscientur esse futura, quo futura sunt: cui nihil derogat dari aliquem actum voluntatis non liberum.

e II. Ex